

1.080. El presbítero Fernando dona, en remedio de su alma, al Obispo don Pelayo y a la sede de León la iglesia de Santiago y San Salvador de la villa de Verneto (Barniedo), en territorio de Riaño, por el que discurre el río Bieron. Como dicha iglesia era de realengo, el obispo pidió al rey que autorizara la donación, a lo que el monarca no accedió, pero, al parecer, permitió el uso de la misma por parte de la sede.

JOSE M. RUIZ ASENSIO. COLECCION DOCUMENTAL
DEL ARCHIVO CATEDRAL DE LEON. DOC.1217

TESTAMENTUM DE ECCLESIA DE UARNETO UOCABULO SANCTI
IACOBI ET SANCTI SALUATORIS QUOD FECIT FREDENANDUS
PRESBITER AD SANCTA MARIA.

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus Sancte Marie scilicet uirginis, Sanctique Saluatoris mundi seu et sancti Iohannis Baptiste, sancti Cipriani et sancti Christofori et sanctorum sotiorum, quorum reliquie condite manent in ciuitate Legionensis que baselica uocatur Sancte Marie Regule. Ego umillimus et omnium seruorum Domini seruus Fredenandus presbiter de Uilla Uerneto, territorio Rianno, per quo territorio fluuius discurret Bieron, do atque testo ecclesiam in eodem loco degentem uocabulo Sancti Iacobi et sancti saluatoris cum omne eius hereditate, quam ego predictus emi pro meo uerifico presio uel quod ibi habiturus fui de parentibus meis seu ipso hedifitio quod ibi hedificau in ipsa ecclesia atque omnia quod ibi adquirere potui de utrasque partes. Hec predicta omnia testo ad Sactam Mariam uirginem, pro remedium anime mee, ut ipsi sancti prefati sint ad tuitionem anime et corporis mei atque ante conspectu Dei adsistant adiutores mei, ut non cum iniustis, sed cum iustis sim ad dextram Dei positus in requie secula. Illa autem hereditate et ipso monasterio quia erat regalengo, dudum dixeram domno Pelagio episcopo ut postularet regi dare sibi hanc uillan et ecclesiam cum omnibus habitantibus ibi, ut seruiret ei seu ad ipsan sedem Sancte Marie prefate, sicut et fecit. Rex autem statim, ut sugestum est ei ab episcopo, non est dedignatus facere, sed iussit suo maiorino Pelagio Domenquiz ut, sicut desideraret haberi, ita ei iuberet seuire (sic) atque eius ospitium uel de potesteros (sic) episcopos de utrasque partes incedentes ibi ut uellent esset. Propter hanc causam ego cliens prefatus uel pusillus, timens ne michi subito adueniat uniuerse carnis uiam et peccatorum meorum mole depressus, antea quam emitan spiritus, hoc exiguum paruitatis mee munus, que in eadem territorio habere uideor, cum omnia hedifitiauel ecclesiam fundatam iuri meo uel manu seu pretio proprio, ab odierno die et deinceps iubeo Sancte Marie sedis Legionensis et ad Deum ibi seruientibus iuri quieto semper liberam manere, amoto a me iure in eius dominio, iam dicte sedis / decernuo permanere. Si quis tamen, quod non credo fieri, aliquis homo de parte mea uel de cuiuscunque generis homo, tam potestas quam etia (sic) in inferiori parte positus uel

comes, quisquis fuerit qui talia comiserit, in primis sit excommunicatus a sancta mater ecclesia et in hunc mundum priuetur oculorum lumina et cum Iuda traditore Domini in inferni condempnetur, antra arsurus in secula, et a parte presulis Legionensis pariatur argenti solidorum summa millena, et hanc scripturam obtineat roborem in secula, hec illi eueniant supra scriptura qui contra hunc factum inrumpere temptauerit uenireue presumpserint carta.

Facta scriptura sub die XVIII Kalendas, era C super millena addita XVIII. Ego Fredenandus presbiter in hac scriptura a me iussa et meis conspectibus acta et meis auribus audita manu mea (signum).

(1a. col. Christus marginal) Pelagius episcopus Legionensis sedis conf., sub quo factum est testamentum.- Abbas pelagius sedis Sancte Marie.- Bonellus archidiaconus eiusdem sedis conf.- qui presentes ibi fuerunt: Dominicus ts.- Petrus ts.

(2a. col. Christus marginal) Vellitus ts.- Ciprianus ts.- Didacus ts.

Petrus notuit (monograma)

Hec testamentum actum est temporibus domni Adefonsi regis imperator totius Yspanie. Pelagius Domenquiz quonomus omni sue terre e quator mense. Pelagius Uellitiz armiger. Ruderigus Ordoniz.